

re|spirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus illos, qui possessiones vel res seu domos predictorum fratrum vel hominum suorum irreverenter invaserint aut ea iniuste deti|nuerint, que predictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur, seu in ipsos fratres contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare vel decimas laborum seu | nutrimentorum ipsorum spretis apostolice sedis privilegiis extorquere, monitione premissa, si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellatis, si vero clerici vel canonici regulares seu mo|nachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam, donec predictis fratribus plenarie satisfaciant, et tam laici quam clerici seculares, qui pro violenta ma|nuum iniectione anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. De monachis vero et canonicis regularibus | id servetur, ut, si eiusdem claustrum fratres manus in se iniecerint violentas, per abbatem proprium, si vero unius claustrum frater in fratrem alterius claustrum huiusmodi presumpserit<sup>a)</sup> violentiam exercere, per iniu|riam passi et inferentis abbates absolutionis beneficium assequantur, etiam si eorum aliqui, priusquam habitum reciperent regularem, tale aliquid commiserunt, propter quod ipso actu excommunicationis sententiam in|currissent, nisi excessus ipsorum esset difficilis et enormis, utpote si esset ad mutilationem membri vel sanguinis effusionem processum aut violenta manus in episcopum aut abbatem iniecta, cum ex|cessus tales et similes sine scandalo nequeant preteriri. Si vero in clericos seculares manus iniecerint, pro vitando scandalo mittantur ad sedem apostolicam absolvendi. Villas autem, | in quibus bona predictorum fratrum vel hominum suorum per violentiam detenta fuerint<sup>b)</sup>, quamdiu ibi sunt, interdicti sententie supponatis. Dat. Laterani non. | novembr. pontificatus nostri anno sextodecimo.

(B.)

## 41.

***Papst Innozenz III. nimmt Abt Winemar und die Brüder des Zisterzienserklosters Altzelle in seinen Schutz und bestätigt die namentlich genannten Besitzungen, Rechte und Freiheiten des Klosters.***

1213 November 7, (Rom) Lateran

*Original: Dresden, SächsHStA, OU. 187 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster<sup>1)</sup> — Pergament: 56,6 cm breit, 67,5 cm hoch, Plica 4,0 cm — feierliches Privileg — Besiegung: Bleibulle Papst Innozenz' III. an rot-gelben Seidenfäden (Apostelstempel: wie UB Altzelle I, Nr. 9; Namensstempel Innozenz' III.: Wailly II, Taf. U/4; Die-*

a) presumpserint A.

b) -nta fuerin- auf Rasur (2,0 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte; darunter ein Korrekturzeichen (ij-förmig, kursiv) von hellerer Tinte A.

41. 1) Wie UB Altzelle I, Nr. 9, Anm. 1.